

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dissertatio Philologica Qua Al Tehî Tsadik Harbeh Ve-'al
Tirsha' Harbeh Sive Nimium Iustitiae Et Improbatis
Salomonis, Coheleth. VII. 16. 17. ...**

**Clauswitz, Benedikt Gottlieb
Keyselitz, Gottlieb**

Lipsiae, 1721

VD18 11528834

§. XIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130295](#)

se judicat, ita, ut bona apparentia pro veris habeat, & ex perversa voluntate malum pro bono feligat.

§. XIV.

לְמַתָּה תָּמֹת, verbum mortis mori notat, num vero propriam mortem æternam, i. e. statum infelicissimum hominis anima & corpore constantis post hanc vitam, synecdochice solutionem animæ a corpore qua motus vitales corporis desinunt, ut Gussetio quidem visum fuit, notet, & num hæc posterior notio propria sit, incertum est. Frequentissima absque dubio est, quæ mortem corporalem significat, seu illa ex causis naturalibus, seu magistratus suppicio contingat.

תָּמָם Tempus notat, idque ex Gussetii mente ita differt a **מִן** ut **מֵן** tempus ex præelectione definitum notet, **תָּמָם** vero generalissimum sit, ita tamen ut etiam id, quod speciatim est **מֵן** notet, tempusque significet una cum circumstantiis. Imprimis vero in Salomonem **תָּמָם** tempus opportunum notat, in quo aliquid fieri decet, sive cum suffixo quod ad rem cuius tempus esse dicitur refertur. Coh. III, 11. Proverb. XV, 23. Pl. CXLV, 16. sive absolute possumus sit, ut Cohel. VIII, 5. 6. X, 17. Dum ergo dicit Ecclesiastes mori aliquem **בְּלֹא עַתָּה** dicit mori illum tum, cum non convenit mori. Ast vero quando non convenit mori? Si quis moriatur ante terminum vite naturalis, si ille ira Dei imminuat. Est alias ea notio vocis **תָּמָם** ut dies alicuius venire dicatur, quando tempus mortis a Deo statutum appropinquat. Ast cum extra illud absolute statutum nemo diem obire possit, mori **בְּלֹא עַתָּה** nihil aliud erit, quam mori tempore alio, quam quod termino naturali vite statutum est.

§. XV.

Dum vero ita notiones vocum evolvimus, regulas quasdam supponimus, quæ ad sensum hujus loci erendum

(g) In Comment. Ebr. Leg. in voce **מֵן**.